

✠ **IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI.** Anno ab incarnatione eiusdem millesimo octogesimo secundo. Indictione quinta. Ego Robertus universorum dispositoris permissione. dux apulie. calabrie. et sicilie. una cum coniuge mea. Sikelgayta. et filio nostro rogerio. dedimus. et sub donationis testamento designavimus. mense ianuario. ecclesiam sancti arontii de tarento. monasterio Sancti Laurentii aversano. et abbati eiusdem loci. et aliis secundum Sancti Benedicti regulam. eidem predictae ecclesie iuste succedentibus cum omnibus illis que ex nostra parte. secundum iustitiam dare et concedere sibi possumus. tam in terris quam in vineis. mobilibus et immobilibus. Preterea huic donationi superaddimus unam piscariam. que fuit landonis predictae civitatis tarenti vicecomitis. Concedimus insuper. ut ubicumque sint monachi prefate ecclesie in toto honore nostro. nullas penitus vendendi. vel emendi consuetudines reddant. nec aliquis ab eis plateaticum de rebus suis exigat. dedimus prefate elemosine. ut si homines. prefate ecclesie aliquid forte foris fecerint hominibus nostris. non sit aliquis de nostris. ita temerarius. vel audax. et eum sine clamore monachorum. aliquo modo iustificare presumat. Sed predictis monachis. prius proclamationem faciat. et per manus eorum postea iustitiam abeat. Concedimus etiam prefate ecclesie. ut sicut homines nostri in terra nostra. alienos homines affidare possit. ita etiam et predictis monachis. affidandi quoslibet in terra nostra potestatem tradimus. Quicumque ergo hoc preceptum proprio *sigillo* bullatum infirmare voluerit vel presumpserit. centum solidos aureos. ad curiam

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno millesimo ottantesimo secondo dalla sua incarnazione, quinta indizione. Io Roberto per concessione di Chi dispone di tutte le cose duca di **apulie, calabrie e sicilie**, unitamente alla mia coniuge **sikelgaita** e a nostro figlio Ruggiero abbiamo dato e come donazione testamentaria abbiamo designato nel mese di gennaio la chiesa di sant'Aronzio di **tarento** al monastero **aversano** di san Lorenzo e all'abate dello stesso luogo Roberto e agli altri giustamente succedenti secondo la regola di san Benedetto alla stessa predetta chiesa, con tutte quelle cose che da parte nostra secondo giustizia si possono dare e concedere tanto in terre quanto in vigneti, beni mobili e immobili. Inoltre a questa donazione aggiungemmo una peschiera che fu di Landone, viceconte della predetta città di **tarenti**. Concediamo inoltre che dovunque siano monaci della predetta chiesa in completo onore nostro non paghino affatto le consuetudini nel vendere e nel comprare né alcuno esiga da loro il plateatico per le loro cose. Abbiamo aggiunto alla predetta elemosina che se gli uomini della predetta chiesa per caso facessero qualcosa agli uomini nostri, non sia alcuno dei nostri così temerario o audace che osi in alcun modo farsi giustizia senza conoscenza dei monaci ma prima lo renda noto ai predetti monaci e poi per mano di loro abbia giustizia. Concediamo anche alla predetta chiesa che come i nostri uomini nella nostra terra possono affidare ad altri uomini così anche trasferiamo la potestà ai predetti monaci di affidare a chiunque altro nella nostra terra. Chiunque pertanto volesse o osasse invalidare questo nostro precetto bollato con il proprio *sigillo* paghi come ammenda alla nostra Curia cento solidi

nostram componat. Ego vero Wuihelmus Regiensis ecclesie electus (1) huius donationis et carte estiti testis et notarius.

aurei. Io invero Guglielmo eletto reggente della chiesa fui teste e notaio di questa donazione e di questo atto.

Note:

(1) Plurimi quidem haec facienda est membrana, quippe quae Rhegiensis Archiepiscopi nomen, nec non annum, quo hujusmodi dignitatem fuit assecutus, luculentissime patefaciat. Haec autem omnia in Ughello solertissimo Italarum Antistitum Chronographo desiderantur, ex eo potissimum quod unum dumtaxat Rogerii Ducis privilegium anno 1086 exaratum eidem occurrerit, in cuius quidem privilegii calce legitur: *Ego V. Rhegiensis Archiepiscopi huic donationi interfui et testis sum. (Ital. Sac. tom. IX. col. 324.)*